If again the response be negative, then further:

- (3) Utrum obligatione teneri debeantur adesse sessionibus Synodi in quibus leges, quibus ipsi non subsunt, feruntur.

In a more general way, the following question was proposed:

- (4) Utrum *Hierarchae aggregati* in Synodo Episcoporum votum deliberativum habere debeant in negotiis (non legibus tantum) quae exclusive territorium Ecclesiae patriarchalis spectant.

It is rather clear that an affirmative answer to this would have been difficult to reconcile with the principle of collegiality, insofar as the *aggregated hierarchy* would be deciding matters in which they are "perfectly free." Thus, the fifth query:

- (5) Utrum ad valide agendum in decisionibus Patriarchae in quibus ius requirit consensum vel Consilium Synodi Episcoporum requiratur et sufficiat convocare illos tantum sodales Synodi qui ad territorium Patriarchalis Ecclesiae pertinent.

Hehe there is question only of administrative matters which, in general, concern solely the patriarchal territory. Thus, one could wonder why the votes of the *aggregated bishops* (who, in certain Churches, for example in the Ukrainian at the moment, can be far more numerous than the bishops of the native territory) should condition the decisions of the patriarchs to whom they are not subject.

Still, there are other administrative matters (as, for example, the approval of liturgical books) which the patriarch with the synod decide for the entire world. In such cases, it would seem that the votes of the *aggregates* are necessary.

Concerning the obligation for the *aggregates* to be present in the synods, it is useful to note that in the present law, they must be convoked to the synod, but have no obligation to be actually present.

To facilitate the discussion, the *relator*, beside the above questions, proposed that two distinct canons be composed: one regarding the nomination of *aggregated hierarchy*; the other to determine what role these same should have in the patriarchal synods, as well as the effect of synodal decisions outside the territories of the Patriarchal Churches. The first canon was proposed in two alternative texts, the second in three.

For the canon on the nomination of *aggregated hierarchy* the two alternative texts proposed by the *relator* were the following:

A - Maintain the "Declaration" of 25 March, 1970, with mere redactional changes:

Designationem Hierarcharum proprii ritus pro fidelibus orientalibus extra Patriarchatus commorantibus quod attinet, Patriarcha cum sua Synodo episcoporum elenchum saltem trium idoneorum candidatorum Sedi Apostolicae, opportuno tempore, proponere valet, firmo iure Romani Pontificis nominandi ad huiusmodi officium quem ipse maluerit.

B - § 1. Hierarchas pro christifidelibus orientalibus extra territoria Ecclesiarum patriarchalium commorantibus Romanus Pontifex nominat.

§ 2. Designationem Hierarcharum de quibus in § 1 quod attinet, Synodi episcoporum Ecclesiarum patriarchalium elenchum saltem trium idoneorum candidatorum, secreto scrutinio a parte absolute maiore Synodi sodalium adprobatum, componere valent, a Patriarcha opportuno tempore Sedi Apostolicae transmittendum, firmo iure Romani Pontificis nominandi quem Ipse maluerit.

The Group on Sacred Hierarchy, after prolonged discussions, tended towards a new text in which the collegiality of the synod would be put in still greater relief.

The Holy Father should be guaranteed the liberty to act as deems fit. Several consultants, for the time-being, feel that such a guarantee will be provided if the future Code adds a clause obliging all the members of the synod to "strictissimum secretum usquedum de nominatione nuntium ad Patriarcham pervenerit." It is plainly evident to the consultants of the Commission that, particularly in matters as difficult as this, they are simply proposers of projects which are subject to continuous revisions.

In respect to the "synodal rights" outside the territory of the Patriarchal

Churches, the *relator* submitted the following three texts, all reciprocal alternatives, in the hope of initiating fruitful discussions.

Text A. - Use the text of the "Declaration of 25 March 1970, nn. 1 and 2, with some variations in terminology as for example: "in Synodis episcoporum necnon in conventibus³² patriarchalibus," eliminating the distinction between "Synodus electionum" and "Synodus negotiorum" etc. This text, though it presents notable difficulties, mentioned above in the proposed questions, appears nevertheless a plausible *modus vivendi*.

Text B. - It was presupposed that: (1) only liturgical laws of the Synod shall be extensive world-wide; (2) for matters pertaining to the territory of the Patriarchal Church the *aggregates* do not have a deliberative vote, but only consultative; and consequently (3) they do not have the obligation of taking part in sessions of such a nature; (4) nor does the patriarch have obligation of convoking them to such sessions; (5) that n. 3 of the "Declaration" shall remain in the Code for Oriental Churches.

This alternative should settle the incongruity of *aggregates* deliberating in matters in which they are perfectly free. The proposed text, necessarily casuistical, was the following:

§ 1. Sede patriarchali vacante, Administrator Patriarchalis convocare tenetur and Synodum electionis Patriarchae omnes Episcopos Ecclesiae sui ritus extra territoria Ecclesiae patriarchalis constitutos, qui gravi obligatione, tenentur Synodo interesse.

§ 2. Convocari debent iidem Episcopi ad ceteras Synodos episcoporum in iisque suffragio deliberativo gaudent leges liturgicas quod attinet; cetera negotia quod attinet, iidem Episcopi vocem nonnisi consultivam habent, nisi Synodus ipsa, lege particulari vel decisione in singulis casibus lata, ipsis vocem deliberativam concedat.

§ 3. Quoties ius requirit consensum vel consilium Synodi episcoporum, requiritur et sufficit ad valide agendum ut Patriarcha ad Synodos convocet illos tantummodo episcopos qui de territorio Ecclesiae cui praeest sunt, firmo iure Patriarchae etiam ceteros episcopos sui ritus cum voce deliberativa hisce in negotiis admittendi.

§ 4. Firmo § 1, episcopi extra territoria Ecclesiae patriarchalis constituti gravi obligatione sessionibus Synodi episcoporum interesse non tenentur nisi quando agatur de legibus liturgicis vel negotiis in quibus ipsi Patriarchae auctoritati immediate subduntur.

Text C. - The presumption is that laws and other synodal decisions are *not* valid outside the territories of Patriarchal Churches, unless by explicit recognition of the Holy See.

³² About the "Conventus patriarchalis" see *Nuntia* 2, p. 51.

This text, it seems, 1) would resolve the above-mentioned problems; 2) strengthen the ties between the *aggregates* and the patriarchs; 3) confine the jurisdiction of the patriarchs and their synods within the boundaries of the Patriarchal Church, 4) affirm the Holy See as the sole authority that can give to synodal decisions a world-wide force. The text proposed for discussion was the following:

§ 1. Episcopi orientales extra territoria Ecclesiae Patriarchalis constituti Synodos episcoporum propriae Ecclesiae quod attinet ceteris episcopis eiusdem Ecclesiae plene equiparantur.

§ 2. Leges a Synodo episcoporum latae et a Patriarcha promulgatae si liturgicae sunt ubicumque terrarum vigent, si vero sunt disciplinares vim obtinent in universo territorio Ecclesiae Patriarchalis; in ceteris vero mundi partibus vigent postquam a Sede Apostolica recognitae fuerint.

§ 3. Quae de legibus disciplinariis in § 2 dicuntur valent etiam de ceteris decisionibus Synodi, quae alibi, quam in solo territorio Ecclesiae Patriarchalis, vim habere possunt.

In addition to these three texts another was offered, for the information of the Consultors. It was proposed to the Commission by some who thought that the clause "ad normam iuris," found in n. 7 of the Council Decree "Orientalium Ecclesiarum," could give room to a canon of the following tenor:

Hierarchae aggregati Patriarchis cum eorum Synodis in omnibus subsunt exceptis quae sequuntur in quibus unice a Sede Apostolica dependent.

- 1) Ipsos nominat Romanus Pontifex;
- 2) Patriarcha elenchum trium candidatorum praesentat;
- 3) Visitatio ad limina diversa...;
- 4) Leges a Synodo latae non valent extra territoria nisi de assensu Sedis Apostolicae;
- 5) In alienandis bonis temporalibus a Sede Apostolica dependent...;
- 6) etc. etc.

This last text, aside from being among the most difficult to formulate, contains, as was observed by the Group, the principle that "potestas Patriarcharum cum eorum Synodis extenditur ad mundum universum, iis exceptis quae sedes Apostolica sibi expresse reservat." This, of course, is the reversal of that prescribed at Vatican Council II, which clearly limits this authority "intra fines territorii patriarchalis" (OE, n. 9). As such the proposal was not accepted as a possible solution.

Although sustained by a few consultors at the beginning, text "B" was

not accepted because it was found to be contrary to the wishes of the Group expressed in its session in January of 1977, to strengthen the ties between *aggregates* and their patriarchs even more than did the "Declaration" of 25 March 1970.

Text "A" was abandoned for the same motive. The Group was inclined to text "C" which after several redactions, remains under study with the following provisional text:

§ 1. Ad Synodus Episcoporum Hierarchae Orientales extra territoria Ecclesiae Patriarchalis constituti convocandi sunt, cum omnibus iuribus et obligationibus synodalibus coeterorum Episcoporum eiusdem Ecclesiae, nisi ius particulare eorundem iura, votum deliberativum praesertim quod spectat, coarctet, firmis canonibus de electione Patriarcharum et Episcoporum.

§ 2. Leges a Synodo Episcoporum latae et a Patriarcha promulgatae si liturgicae sunt ubicumque terrarum vigent, si vero disciplinares vel si de ceteris decisionibus Synodi agatur vigent (vim iuris habent) in territorio Ecclesiae Patriarchalis.

§ 3. Leges disciplinares necnon ceterae Synodi decisiones extra territoria Ecclesiae Patriarchalis vigent postquam a Sede Apostolica adprobatae fuerint, firmo iure Hierarcharum Orientalium legibus vel decisionibus synodalibus, quae eorum competentiam non excedunt, in propriis eparchiis vim iuris dare.

As a last canon of this session, the Group accepted that proposed by the *relator*, corresponding to an affirmative answer to the fifth question proposed above ("Utrum ad valide agendum" etc.):

Quando ius consensum vel consilium Synodi Episcoporum exigit ut Patriarcha certos actus administrativos valide ponat, requiritur et sufficit suffragium Synodi sodalium qui ad territorium Ecclesiae Patriarchalis pertinent; Patriarcha tamen vota consultiva ceterorum Episcoporum modo opportuno exquirere potest.

With this the report on the efforts of the Group De Sacra Hierarchia of the Pontifical Commission for the Revision of the Oriental Code is concluded. One sincerely hopes that this report, though it may not satisfy everyone given the provisional nature of the texts, may be an invitation to sincere collaboration of canonists to solve these most difficult problems, so that the Oriental Code, in accordance with the mandate of the Holy Father, "integra servat, quae potissima ac venerabilia sunt" and, at the same time "hodiernae vitae postulatis respondeat ac veris aptari valeat condicionibus singulorum populorum, quae celerrime continenterque mutantur."³³

IVAN ŽUŽEK S.J. - Relator

³³ Allocutio ad Sodales Commissionis, 18 March 1974, *Nuntia* 1, p. 6.

DE CONSENSU MATRIMONIALI CONDICIONATO

In sessione quarta Coetus de Matrimonio, diebus 14-25 martii 1977 habita, inter quaestiones difficilioris momenti disputata est illa de consensu condicionato. Can. 83 CA statuitur: « Matrimonium sub condicione contrahi nequit ». Quae norma differt a can. 1092 CIC, in quo saltem quattuor diversae species condicionum diversis normis reguntur. Ideo apud Latinos matrimonium licite iniri potest tum sub condicione de futuro licita, tum sub condicione de praeterito vel de praesenti; in primo casu valor matrimonii suspenditur (can. 1092, 3°); in secundo casu matrimonium est validum vel non, prout id quod condicioni subest existit vel non (can. 1092, 4°). Si vero condicio semel apposita et non revocata sit de futuro necessaria vel impossibilis vel turpis, sed non contra matrimonii substantiam, pro non adiecta habeatur (can. 1092, 1°); si sit contra matrimonii substantiam, illud reddit invalidum (can. 1092, 2°).

Apud Orientales appositio cuiusvis condicionis vetatur. Idcirco, primo saltem aspectu videtur normam can. 83 CA ius omnino diversum a can. 1092 CIC statuere. Sed multum inter se differunt *interpretations* can. 83 CA. Tres sunt praecipuae sententiae. Secundum primam sententiam, quae est illa communis et in iurisprudencia applicata, can. 83 vetat tantum matrimonium sub condicione, etiam si per se licita fuerit. Unde Hierarcha appositionem condicionis permittere non valet. Attamen, si nihilominus condicio consensui apposita fuerit, effectum iuridicum habet iuxta principia can. 1092 CIC et ideo coniuges orientales ab accusatione nullitatis matrimonii repelli nequeunt nisi in casibus in quibus ipsi latini repelluntur. Secundum alteram sententiam, matrimonium sub quacumque condicione initum semper invalidum est sive condicio adimpleta sit sive non, et ideo, si de appositione certe constiterit, matrimonium invalidum declarari debet. Secundum tertiam sententiam, omne ius accusandi nullitatem matrimonii ex capite condicionis appositae negatur. In foro interno validitas matrimonii dependet a voluntate nupturientium. Et ideo, si deficiat consensus matrimonialis ob condicionem non adimpletam, in foro interno matrimonium est nullum. In foro externo autem matrimonium semper validum censetur: condicio pro non adiecta habetur seu nulla ratione in considerationem venit. Omnis actio iudicialis excluditur.

Quaenam re vera fuerit intentio Pontificiae Commissionis et mens Legislatoris in redigendo can. 83 CA, ex actis praeparatoriis clare non apparet. Ex disputationibus certe elucet, Codificatores orientales in hac norma nexum cum antiquissima traditione orientali servare voluisse.

In traditione antiqua Orientis et Occidentis matrimonium sub conditione omnino ignorabatur. In Ecclesia Occidentis, inde a saec. XII mutatio facta est, cum iuris periti matrimonium sub conceptu contractus comprehendere eique regulas pro contractibus statutas applicare coeperunt. Ecclesiae autem Orientales catholicae, quemadmodum antea condiciones numquam admiserant, ita eas negligere perrexerunt usque ad exeuntem saeculum XVIII, cum aliquae Ecclesiae normas a iure latino transumpsissent. Ita Rumeni, quamquam in primo Concilio provinciali (a. 1872) nullam de condicionibus mentionem fecerunt, in altero (a. 1882) breviter quaedam principia ex iure latino desumpta proponunt (Mansi, t. 45, Col. 724). Amplius de hac re loquuntur Patres Concilii Sciarfensis Syrorum (a. 1888); contra, in Concilio Alexandrino Coptorum cuius redactores in multis textum Concilii Sciarfensis secuti sunt, de condicionibus verbum non habetur. Inter omnes Synodos orientales maxime accuratas normas proponit Concilium Romanum Armenorum (a. 1911). De hac re silent vero Synodi Melkitarum. Orientales omnes igitur per XVIII saecula matrimonium sub conditione initum omnino ignoraverunt: non consensum appositione condicionis vitari, sed ipsam conditionem semper vitari seu pro non appositam iudicaverunt. Usque ad exeuntem saec. XVIII in legislationibus Ecclesiarum Orientalium normae non inveniuntur de matrimonio sub conditione et omnino exsulant causae nullitatis ex capite condicionis appositae et non verificatae.

His praemissis, quaestio ponitur, utrum in novo iure orientali norma can. 83 CA immutata servanda an reformanda sit. Solutiones a Consultoribus propositae diversae et inter se contrariae sunt.

Prima solutio: maneat can. 83 CA.

Secunda solutio: recipiatur norma can. 1092 CIC prout recognita est in novo schemate can. 309 ubi dicitur: § 1. Matrimonium sub conditione de futuro valide contrahi nequit. § 2. Matrimonium sub conditione de praeterito vel de praesenti initum erit validum vel non, prout id quod conditioni subest, existit vel non. § 3. Condicio autem de qua in § 2 licite apponi nequit, nisi cum licentia Ordinarii loci scripto data.

Tertia solutio: Dicatur « matrimonium sub conditione *valide* iniri nequit ».

Quarta solutio: Dicatur « condicio consensui matrimoniali apposita pro non adiecta habetur ».

Post diuturnam disputationem de solutionibus propositis, Consultores in eo convenerunt, ut ardua de hac re quaestio profundiori studio subiiciatur usque ad sessionem proximi anni.

In adunatione diei 10 martii 1978 Consultores quaestionem denuo tractaverunt.

1. De solutionibus propositis discussione habita, septem Consultores,

contrariis septem (nullo abstinente), volunt ut norma can. 83 CA maneat immutata. Rationes sunt sequentes:

a) Norma vigente disciplina antiqua, traditionis orientalis confirmatur, qua matrimonium sub condicione licite iniri nequit.

b) Iuxta can. 3 CA « Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro validitate matrimonii, donec contrarium probetur », ideo semper praesumendum est condicionem appositam non fuisse.

c) Si tamen constiterit condicionem consensui appositam et non verificatam seu non adimpletam fuisse, Ecclesia consensum naturaliter invalidum, iure positivo validum censere nequit, attento principio can. 72 CA quo statuitur: « Consensus matrimonialis nulla humana potestate suppleri valet ».

d) Manifestum est, si deficiat consensus ob condicionem appositam et non adimpletam, Orientales ius habere accusandi nullitatem matrimonii, quo in casu principia applicanda sunt quae in can. 1092 CIC statuuntur.

e) Ita etiam Orientalibus tutela praebetur contra gravem errorem dolum aut non dolum in alterius partis qualitate magni momenti pro vita coniugali.

His rationibus expositis plures Consultores contradicunt:

ad a) Can. 83 CA quatenus simplicem prohibitionem tantum exprimit, traditionem orientalem non refert. Nam in Oriente per XVIII saecula matrimonium sub condicione omnino ignorabatur. Condiciones consensui matrimoniali forte appositae, in foro externo nulla ratione in considerationem veniebant, ita ut accusatio nullitatis ex hoc capite non admittebatur. Simplex prohibitio normae vigentis absque sanctione effectum iuridicum habet solummodo quatenus matrimonium celebrari nequit, si condicio manifestetur coram sacerdote competente pro celebratione, secus norma prohibitiva effectum iuridicum non habet. Attenta autem genuina traditione orientali non consensus, sed ipsa appositio condicionis semper vitiatur, quam ob causam condicio in foro externo semper pro non adiecta habetur. Nil mirum quod Orientales condiciones adiectas nullo modo consideraverunt, cum praevalenter aspectum religiosum matrimonii prae oculis haberent. Si actus quo matrimonium initur consideratur potius sub aspectu iuridico contractus, regulae ad contractum pertinentes applicari possunt, salvis iis quae naturae matrimonii contrariae sint. Si vero matrimonium consideratur sub aspectu « ritus sacri » secundum indolem orientalem, magna incongruitas, immo incompatibilitas haberi videtur in addendis condicionibus quae sanctitati actus celebrationis repugnare videntur; ritus enim sacer, preces et caeremoniae incoronationis valorem hypotheticum tantum habere non possunt.

ad b) Si can. 83 praesumptionem simplicem tantum statuit, uti sententia communis et iurisprudencia tenet, condicionem non esse appositam, ideoque matrimonium validum esse donec contrarium probetur, haec norma omnino

superflua est, cum talis praesumptio simplex iam in can. 5 CA statuatur. Omnino supervacaneum esse videtur idem principium aliis verbis in can. 83 CA iterari. Simplex prohibitio absque ulla sanctione parum valet in iure. Porro quaeritur, cur in can. 83 CA omissae sint singulae normae in can. 1092 CIC statutae pro variis speciebus condicionum, si quae pro Latinis praescripta sunt, pertinent etiam ad Orientales, uti dicunt canonistae ac confirmatur in iurisprudentia. Videtur tamen hanc non fuisse mentem Codificatorum orientalium.

ad c) Consultores qui favent normae vigenti hoc etiam afferunt argumentum: Ecclesia potest interdicare condicionis appositionem, sed non potest impedire, ne apponatur. Ideoque si constiterit condicionem fuisse appositam et non adimpletam, Ecclesia consensum invalidum validum censere nequit attento principio: « consensus nulla humana potestate suppleri valet ». Si quis serio intendit ducere solummodo virginem aut capacem ad generandum et hanc intentionem in condicionem ducit quam numquam retractavit, potestne Ecclesia hanc condicionem in foro externo pro non adiectam considerare et negare ius accusandi nullitatem matrimonii, si certe probari potest condicionem appositam et impletam non esse? Huic objectioni aliquis Consultor respondet: Historice sine ullo dubio constat, Ecclesias Orientis per XVIII saecula nullitatem matrimonii hoc ex capite omnino ignorasse et condiciones matrimonio appositas pro non adiectas seu irritas habuisse. Si sententia admitteretur eorum qui affirmant nullitatem matrimonii ex hoc capite esse in iure naturali fundatam, Ecclesia per tot saecula ius naturale offendisset. Contendimus tamen, Ecclesiam non supplere consensum ubi statueret condicionem appositam consensum non vitare, sicuti consensum non supplet ubi norma positiva statuit in can. 75 CA: « Error simplex circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem vel sacramentalem dignitatem, etsi det causam contractui, non vitiat consensum ». Et attento can. 74 CA error in qualitate personae, etsi det causam contractui, matrimonium non dirimit nisi error qualitatis redundet in errorem personae. Ideo si matrimonium initum a parte dolo decepta circa aliquam alterius qualitatem magni momenti, validum censetur, praesumptione iuris et de iure (ut videretur) lege positiva statuta, non intelligitur cur legislator iisdem rationibus statuere nequeat: « Condicio consensum non vitiat ». Nullum enim discrimen esse videtur inter errorem « causam dans » et condicionem frustratam; nam talis error non manet in intellectu, sed in voluntatem influit sicut condicio. Distinctio inter consensum virtualiter condicionatum et errorem « causam dantem » contractui matrimoniali subtilissima est.

ad d) Quid si quis Orientalis nonobstante prohibitione can. 83 CA condicionem consensui apposuerit? Secundum sententiam communem omnia sunt perpendenda ad normam can. 1092 CIC uti dicunt. Haec sententia certe admitti nequit quod attinet ad condiciones proprie dictas seu de futuro (suspensivas). Iure latino condicio de futuro licita valorem matrimonii suspendit (can. 1092, 3°). Iure orientali vigente vero ipsa appositio talis condicionis matrimonium irritat ob invaliditatem formae canonicae celebrationis. Iure

latino ad validitatem formae requiritur et sufficit manifestatio consensus coram sacerdote competente et duobus testibus (can. 1094 CIC). Iure orientali haec iuridica declaratio consensus non sufficit ad validitatem. Requiritur insuper ritus sacer de quo in can. 85 CA, qui in benedictione sacerdotis consistit. De necessitate ritus sacri ad validitatem formae ante promulgationem MP « Crebrae allatae » (a. 1949) theologi et canonistae orientales dubitabant, sed postea, attento praescripto can. 85 CA, dubium amplius non est. Atqui benedictio sacerdotalis ut actio spiritualis (quae in casu est etiam iuridica) in suspenso manere nequit: aut effectum habet immediatum aut nullum habet effectum. Si benedictio datur super sponso, qui matrimonium ineunt sub condicione suspensiva, effectum iuridico caret. Benedictio non valet statim quando datur, quia personae quae benedicuntur nondum sunt coniuges (vinculum matrimoniale non existit usquedum consensus in suspenso manet, quam ob rem, pendente condicione, partes cum alia persona matrimonium valide inire possunt); benedictio non valet postea, condicione impleta, quia tunc non datur. Ergo consensus cui condicio de futuro apposita est, efficacia iuridica caret deficiente ritu sacro. Ideo matrimonium sub condicione suspensiva iure orientali semper irritum est, quia forma canonica caret. Alio modo res se habet, quando agitur de condicione de praeterito vel de praesenti. Hoc in casu ritus sacer est validus, si matrimonium est validum aut ritus sacer est invalidus, si matrimonium est irritum, prout id quod condicioni subest existit vel non. Tamen si actus quo matrimonium initur, attenta indole orientali consideratur sub aspectu « ritus sacri » et non sub aspectu contractus, regulae ad contractum pertinentes et ideo condiciones (etiam de praesenti vel de praeterito) admittendae esse non videntur, quia magna incongruitas in eo invenitur ut ritus sacer effectum hypotheticum tantum habeat. Itaque concludendum est verbum « nequit » in can. 83 CA effectum irritantem habere quando agitur de condicione de futuro, effectum vero prohibentem quando agitur de condicione de praeterito vel de praesenti. Idcirco iure orientali matrimonium sub quavis condicione de futuro nec licite nec valide iniri potest. Matrimonium initum sub condicione de praeterito vel de praesenti erit validum vel non, prout id quod condicioni subest existit vel non. Ergo accipienda non est sententia auctorum qui affirmant omnia quae in can. 1092 CIC praescripta sunt, obligare etiam Orientales.

2. Cum ita sit, aliquis Consultor proponit, ut can. 83 CA abrogetur et recipiatur formula schematis can. 309 a Commissione latina redacta. In § 1 dicitur: « Matrimonium sub condicione de futuro valide contrahi nequit ». In § 2 et § 3 ius vigens de condicione de praeterito vel de praesenti confirmatur. Suppressa est tantum mentio condicionis contra matrimonii substantiam quia iam provisum in can. 1086 CIC. Ita in iure latino condendo condicio de futuro matrimonium irritaret norma positiva (et amplius valor matrimonii non suspenderetur usque ad purificationem condicionis), cum in iure orientali vigente condicio de futuro matrimonium irritat propter defectum formae. Sed plurimi Consultores conveniunt ut canon schematis Latini pro Oriente acceptandus non sit.

3. Aliquis Consultor proponit ut dicatur: « Matrimonium sub conditione *valide* iniri nequit ». Haec solutio in sessione anni praecedentis a pluribus Consultoribus acceptata, sed deinde retractata, concordat cum interpretatione can. 83 CA aliquorum auctorum. Haec interpretatio ex parte saltem provocata esse videtur ex facto narrato a Card. Gasparri (*De Matrimonio II*, Romae 1932, p. 73, n. 2): « Ex actis praeparatoriis ad CIC constat Consultores egisse de irritando matrimonio sub qualibet conditione inito et P. Wernz redegissee relativum canonem quem omnes Consultores, Praeside non excepto, probaverunt. Sed postea canon redactus disparuit et loco ipsius can. 1092 positus fuit quin de hac re mentio amplius fiat in actis ». Attento schemate proposito consensus iure positivo semper irritus esset, etsi, conditione impleta, iuri naturali validus. Revera in multis casibus in quibus consensus partium existit, ex lege positiva effectus iuridicus caret propter impedimentum dirimens aut ex defectu formae. Si legislator in his casibus vim consensus ratione boni communis negare valet, non videtur cur id facere nequeat in casu conditionis appositae. Clausula irritans efficax remedium esse videretur contra plagam conditionis appositae qua status coniugum incertus aut in suspensio manet usque ad verificationem conditionis. Tamen hoc modo difficultates non solvuntur, quia omnia matrimonia sub conditione contracta invalida declarari possent, dummodo certe probetur qualemcumque conditionem (de praeterito, de praesenti, de futuro) bona aut mala fide appositam fuisse, sive verificatur quod conditioni subest sive non. Ideoque matrimonia nulla augerentur; augerentur dissidia inter forum internum et forum externum.

4. De his solutionibus, discussione inter Consultores habita, quarta solutio proponitur hac formula: « Matrimonium sub conditione iniri nequit. Si nihilominus condicio apposita sit, pro non adiecta habetur ». Hoc modo, ut aliquis Consultor dicit, norma non est simpliciter prohibitiva, sed omnis actio iudicialis excluditur in foro externo ex capite conditionis appositae, quia consensus incondicionatus censetur sicuti evenit in tota traditione orientali.

Aliquis tamen Consultor observat faveri non posse clausulae « pro non adiecta habetur » qua nihil aliud statueretur nisi praesumptio iuris simplex conditionem non esse appositam. Haec clausula quae suam historiam habet, invenitur in can. 1092, 1^o: « Condicio semel apposita et non revocata, si sit de futuro necessaria vel impossibilis vel turpis, sed non contra matrimonii substantiam, pro non adiecta habetur ». Non una fuit sententia auctorum de huius regulae interpretatione. Aliqui eam habent ut fictionem iuris, alii ut praesumptionem iuris et de iure, contra quam admittitur tantum probatio indirecta. Maior vero canonistarum pars censet hanc regulam praesumptionem iuris simplicem exprimere, quae probationem sive directam sive indirectam admittit et ideo semper cedere debet veritati. Haec fuit etiam communior interpretatio in iurisprudencia SRR. Hinc talis clausula aditum praeberet ad interpretationes diversas, inter se contrarias. Ad omne dubium tollendum Relator autumnat formulam: « si nihilominus condicio apposita sit, pro non adiecta habetur » substituendam esse hoc textu: « condicio forte apposita non

vitiat consensum ». Si legislator potestate pollet statuendi in can. 74 errorem (dolus vel minus) in qualitate personae, etsi det causam contractui, non vitiare consensum, non videtur cur eadem ratione statuere non valeat condicionem appositam non vitiare consensum. Iamvero etiam error « causam dans » voluntatem aliquo modo afficit sicut condicio. In utroque casu qualitas alterius intenditur ut aliquid magni momenti. His omnibus consideratis, Coetus Consultorum concordat secundam et tertiam solutionem propositam acceptandam non esse, dum divisus manet, in suffragatione, sive circa primam sive circa quartam solutionem propositam.

Consultores qui volunt, ut immutatus maneat can. 83 CA hunc afferunt argumentum: Ecclesia hoc modo nupturientibus tutelam iuridicam praebet adversus dolosam deceptionem compartis de qualitate magni momenti pro matrimonio, quod re vera cognita non inirent.

Consultores vero qui volunt ut can. 83 CA modificetur eo sensu, ut dicatur appositionem condicionis non vitiare consensum, censent foedus sacrum, quo coniuges sese et irrevocabiliter tradunt et accipiunt, non ex humano arbitrio pendere debere. Iamvero qui consensum condicionatum ponit, aperte ostendit se non absolute, sed hypothetice tantum consentire. Et si agatur de conditione de futuro, consensus iure orientali invalidus est ex invaliditate ritus sacri, qui sub condicione de futuro impertiri nequit, nec matrimonium convalidatur nisi sanatio in radice concedatur. Ideoque norma canonis de condicione in iure condendo talis sit, ut vinculum coniugale certum sit ab initio, status iuridicus personarum ex eodem procedens definitus et quilibet conflictus inter forum externum et internum ad minimum reducatur. Quod attinet autem ad rationem legis adductam a Consultoribus qui volunt, ut norma vigens maneat ob tutelam nupturientium contra errorem gravem vel deceptionem, alii observant de hac re in novo canone de errore doloso providendum esse.

Ex adductis argumentis pro et contra patet quaestionem pro nunc solutam non esse, utrum norma can. 83 CA maneat sicuti est, an redeatur ad genuinam traditionem orientalem in Ecclesiis Orientalibus catholicis per XVIII saecula et apud Orthodoxos¹ omnes usque ad nostra tempora servatam, secundum quam condicio consensui matrimoniali apposita nulla ratione in considerationem veniebat, ita ut accusatio nullitatis hoc ex capite admitti non posset. Idcirco, attenta traditione orientali, semper condicio vitiatur, non matrimonium. Si autem textus can. 83 CA manet immutatus et attenditur interpretatio communis in iurisprudencia confirmata, matrimonium sub quavis condicione *licite* iniri nequit; tamen appositio condicionis valide fieri potest et coniuges orientales ab accusatione nullitatis matrimonii repelli non possunt; aliis verbis, condiciones sive de futuro sive de praeterito aut de praesenti consensui matrimoniali appositae etiam in iure orientali attendendae sunt secundum principia in can. 1092 CIC statuta. Sed haec doctrina iuxta plures

¹ Si in Codice Civili hellenico statuitur: « ad matrimonium *valide* ineundum requiritur, ut vir et mulier ... consensum personaliter ac sine condicione aut termino declarent » (Art. 1350), haec norma non ex antiquo iure ecclesiastico, sed ex Codice Civili germanico (§ 1317) recepta est.

Consultores, etsi in iurisprudencia confirmata, sic et simpliciter acceptanda esse non videtur, praesertim quando agitur de condicione de futuro (suspensiva); in hoc casu enim matrimonium statim invalidum esse videtur ex invaliditate ritus sacri. Sufficit, ut probetur condicionem revera appositam esse et via aperitur ad novas nuptias. Si vero ad normam vigentem clausula addatur qua statuatur: « si nihilominus condicio apposita sit, pro non adiecta habetur » aut « condicio forte apposita non vitiat consensum », matrimonium validum habetur sive agatur de condicione de praeterito aut de praesenti sive de futuro (suspensiva).

Mons. JOSEPH PRADER - Relator

I CANONI DE MONACHIS (pars secunda)

Nello stendere questa seconda relazione sui rimanenti canoni *de Monachis* proposti in linea provvisoria dal relativo *Coetus*, ci ripromettiamo di presentarli ai lettori nello stesso modo semplice e piano che nella precedente relazione (art. I-IV: *Nuntia* 4, p. 3-15), e cioè facendoli precedere, articolo per articolo, da un breve commento che ne illustri il contenuto, specie se innovatore, e rispecchi nello stesso tempo, per quanto è possibile, l'andamento delle discussioni in seno al *Coetus* medesimo. Questo si riuniva per la quarta volta dal 19 al 28 aprile 1977 con l'ordine del giorno di proseguire l'esame dei testi base preparati dal Relatore e da un Gruppo minore, testi che comprendevano tutti i rimanenti canoni sui monasteri, dall'ammissione dei novizi e loro formazione, alla professione monastica e conseguenti impegni, fino all'eventuale dimissione di un monaco o suo trasferimento ad altro monastero.

ART. V: DE ADMISSIONE IN MONASTERIUM

È noto che prima di essere ammesso al noviziato, negli Ordini e Congregazioni, il candidato deve trascorrere un periodo più o meno lungo in qualità di postulante. Questo postulando canonico non viene prescritto per i monasteri, neppure dalla legislazione vigente del *Motu proprio* « *Postquam Apostolicis Litteris* » (PA), forse perché si prescrivono tassativamente tre anni di noviziato per i monaci.

Tuttavia al *Coetus* è sembrato bene che il tipico del monastero stabilisca un qualche periodo di tempo di convivenza del candidato nel monastero sotto la vigilanza di un monaco provetto. Da parte del candidato si richiede che sia mosso da retta intenzione, sia libero e abbia le capacità psico-fisiche di abbracciare la vita monastica.

Prima quindi di passare alla determinazione dei requisiti per l'ingresso al noviziato, sono stati proposti e approvati i seguenti due canoni:

Can. 1 (PA 70)

Ut quis in monasterium admittatur requiritur ut recta intentione moveatur, ad monasticam vitam ducendam sit idoneus et nullo legitimo detineatur impedimento.

Can. 2 (PA 71-72)

Candidatus, antequam ad novitiatum admittatur, per temporis spatium a statutis determinatum in monasterio degere debet sub speciali cura probati monachi.

ART. VI: DE REQUISITIS AD NOVITIATUM

Il lunghissimo can. 74 del PA, dove sono enucleati i casi che rendono invalido o illecito l'ingresso al noviziato, è stato sottoposto ad ampio esame e discussione da parte dei consultori presenti, i quali vi hanno apportato alcune modifiche e di quel canone ne hanno fatto tre canoni distinti.

Nel primo si enumerano i casi (sei) che rendono invalido l'ingresso al noviziato e dove la modifica di maggiore spicco è l'età richiesta che non deve essere inferiore ai 18 anni.

Nel secondo canone si fa riferimento ai candidati di rito diverso da quello cui appartiene il monastero. La discussione si protrae a lungo. Alcuni vorrebbero che tale diversità renda invalida l'ammissione al noviziato se non vi preceda una dispensa da parte della suprema Autorità del proprio rito, allo scopo di rendere sempre più difficile il depauperamento di buoni elementi attraverso l'ingresso in monasteri di altro rito. Altri invece sarebbero contrari a tali restrizioni appellandosi alla libertà della persona umana e quindi sono per la sola illiceità. Le due sentenze riscuotono uguale numero di voti e ciò spiega perché il canone viene trasmesso ad ulteriore studio, in due alternative.

Il canone terzo si riferisce ai chierici (§ 1) che hanno bisogno del consenso del proprio gerarca, e nel § 2 ai candidati che sono tenuti per diritto naturale al sostentamento dei familiari più prossimi.

Nel canone quarto si determina l'autorità competente cui spetta l'ammissione al noviziato e il dovere della stessa all'acquisizione delle informazioni e dei documenti necessari, la cui determinazione è attribuita ai tipici.

Così pure viene devoluta ai tipici la regolamentazione della dote, ove questa fosse richiesta (can. 5).

Can. 1 (PA 74 § 1)

Firmis praescriptis in propriis typicis monasteriorum statutis, quae potiora exigunt, ad novitiatum valide admitti non possunt:

- 1) Qui ob delictum contra fidem legitime puniti fuerunt.
- 2) Quibus imminet gravis poena ob delictum de quo legitime accusati sunt.
- 3) Qui aetatem 18 annorum non habent.
- 4) Qui monasterium ingrediuntur vi, metu gravi aut dolo inducti, vel quos Superior eodem modo inductus recipit.

- 5) Coniuges, durante matrimonio.
- 6) Qui obstringuntur vinculo professionis religiosae.

Can. 2 (PA 74 § 2 n. 6)

Alternativa A - Nemo valide admitti potest in monasterium ritus a proprio diversi, latino haud excluso, nisi dispensationem obtinuerit a suprema auctoritate Ecclesiae proprii ritus, salvo recursu ad Sedem Apostolicam.

Alternativa B - Latini in orientalia monasteria vel ipsi Orientales in monasteria latina vel orientalia diversi ritus sine licentia Sedis Apostolicae admitti non possunt.

Can. 3 (PA 74 § 2 n. 1, 5 e 4 nel § 2)

§ 1. In sacris ordinibus constituti nequeunt in novitiatum monasterii admitti inconsulto proprio Hierarcha vel eo contradicente, nec illi qui, ad sacerdotium in monasterio destinati, aliqua irregularitate aliove canonico impedimento detineantur.

§ 2. Admitti non possunt in monasterium filii qui patri vel matri, avo vel aviae in gravi necessitate constitutis, opitulari debent et parentes quorum opera sit ad liberos alendos et educandos necessaria.

Can. 4 (PA 75, 76-77 in § 3, 84 in § 2)

§ 1. Superioris monasterii sui iuris est admittere ad novitiatum audito consilio.

§ 2. Ipsi Superiori constare debet, opportunis mediis adhibitis, de plena libertate candidati in statu monastico eligendo.

§ 3. In monasteriis sui iuris quod spectat documenta ab aspirantibus et novitiis praestanda necnon diversa testimonia de eorum vita et idoneitate colligenda servantur praescripta typicorum.

Can. 5 (PA 79-83 de dote)

In typicis definiendae sunt normae circa dotem, ubi requiritur, ab aspirantibus praestandam et sub speciali vigilantia Hierarchae loci administrandam necnon de integra dote sine fructibus iam maturis, quavis de causa a monasterio discedenti, restituenda.

ART. VII: DE NOVITIORUM INSTITUTIONE

I sette canoni che trattano questa materia non hanno trovato eccessiva difficoltà da parte dei Consultori, anche perché non si scostano molto dal PA 85-105, di cui riassumono il contenuto per ciò che riguarda i monasteri. Tuttavia è bene notare alcune differenze:

a) nel primo paragrafo del secondo canone si è preferita la dizione: « Unumquodque monasterium sui iuris iure potitur habendi *proprios novitios* anziché *proprium novitiatum*, termine quest'ultimo che potrebbe far pensare a una istituzione distinta e separata dal monastero come lo è per gli Ordini e Congregazioni la *domus novitiatus*. Nella tradizione orientale e monastica in genere il noviziato non è che un periodo di prova e di formazione nell'ambito dello stesso monastero e con un ordinamento non standardizzato;

b) la novità più rilevante è nel can. 3 § 1, dove ci si riferisce alla possibilità che anche nei monasteri si possa far premettere alla professione definitiva quella temporanea per ovvii motivi evidenziati dalla moderna psicologia e dall'esperienza. In tal caso si riduce il tempo del noviziato, mentre rimangono obbligatori e senza possibilità di dispense i tre anni prescritti per quei monasteri che non hanno se non la professione definitiva al termine del noviziato;

c) nel can. 4, dedicato al maestro dei novizi, di proposito non viene richiesto che sia sacerdote perché la tradizione orientale non lo richiede e perché il canone si applica anche ai monasteri femminili. Ogni altra indicazione che riguardi il maestro e i suoi compiti viene lasciata al ius particolare ossia al tipico;

d) notiamo infine che una eventuale proroga del noviziato, che nel diritto vigente del PA è di non oltre sei mesi, viene protratta fino al massimo di un anno.

Can. 1 (PA 85)

Novitiatus incipit susceptione habitus, vel alio modo in typicis praescripto.

Can. 2 (PA 86)

§ 1. Unumquodque monasterium sui iuris iure potitur habendi proprios novitios qui in eodem monasterio sub ductu idonei monachi vitae monasticae initiantur.

§ 2. Adspirantes novitiatum peragere possunt, Superioris decisione, audito proprio consilio, in alio monasterio sui iuris eiusdem Confoederationis.

§ 3. Si quod monasterium sui iuris sive confoederatum, sive non confoederatum, praescripta de institutione novitiorum implere non valeat, Superior tenetur adspirantes mittendi in aliud monasterium in quo eadem praescripta religiosae servantur.

Can. 3 (PA 88-89)

§ 1. In monasteriis in quibus nonnisi definitiva professio iuxta typica habetur, novitiatus ut validus sit per integros tres annos peragi debet; in monasteriis vero ubi professio temporanea praemittatur professioni defini-

tivae, saltem per annum novitiatus perdurare debet, nisi typica maius temporis spatium exigant.

§ 2. Ad validitatem uniuscuiusque anni novitiatus requiritur praesentia saltem novem mensium in Monasterio in quo quis ad normam can. 2 novitiatum peragere debeat; absentia vero tribus mensibus brevior, apta proratione completur auctoritate Superioris monasterii sui iuris.

Can. 4 (PA 92-97)

§ 1. Novitiorum institutioni praeficiendus est, ad normam typicorum, monachus prudentia, caritate, pietate, scientia et vitae monasticae observantia conspicuus, decem saltem annis a prima professione professus.

§ 2. Iura ac obligationes monachi de quo in § 1, in iis praesertim quae modum institutionis novitiorum necnon relationes ad Synaxim et Superiorem monasterii spectant, determinentur in typicis uniuscuiusque monasterii.

Can. 5 (PA 98 § 3, 99 § 1)

Pro qualitate et numero peccatorum habita ratione poenitentis conditionis necnon eiusdem ad conversionem dispositionis, confessarius convenientem morbo afferat medicinam, opportuna opera pietatis vel caritatis iniungens, iuxta praxim propriae Ecclesiae.

Can. 10

§ 1. Sacramentale sigillum inviolabile est; quare caveat diligenter confessarius ne verbo aut signo aut alio quovis modo et quavis de causa prodatur aliquatenus peccatorem.

§ 2. Non prohibetur quis, si velit, quominus per interpretem confiteatur, vitatis quidem abusibus et scandalis.

§ 3. Gravi obligatione secretum servandi tenentur quoque omnes alii ad quos ex confessione notitia peccatorum quoquo modo pervenerit.

Can. 11

§ 1. Omnino prohibetur confessario usus scientiae ex confessione acquisitae, cum poenitentis gravamine, etiam quovis revelationis periculo excluso.

§ 2. Auctoritas quaelibet notitia quam de peccatis in confessione quovis tempore excepta habuerit, ad exteriorem gubernationem nullo modo uti potest.

§ 3. Alicuius Instituti educationis praepositi Sacramentum poenitentiae suis alumnis ordinarie ne administrent.

Can. 12

Omnis cui animarum cura vi muneris est demandata, gravi tenetur obligatione providendi ut Sacramentum poenitentiae administretur fidelibus sibi commissis, qui rationabiliter confiteri petant, utque iisdem opportunitas praebetur ad confessionem individualement, diebus ac horis in eorum commodum statutis, accedendi.

Can. 13

§ 1. Locus proprius Sacramentum poenitentiae administrandi est Ecclesia, firmis ceteris praescriptis iuris particularis necnon legitimis consuetudinibus propriae Ecclesiae.

§ 2. Ob infirmitatem vel ob veram spiritualem utilitatem hoc Sacramentum administrati potest etiam extra locum proprium.

Can. 14

Qui gravi peccato sibi conscius est, *quamprimum* id fieri potest, confiteatur, ceteris vero christifidelibus enixe commendatur ut saltem temporibus ieiunii et poenitentiae in propria Ecclesia servandis ad hoc Sacramentum accedant.

DE UNCTIONE INFIRMORUM

Can. 1

Sacramentali infirmorum unctione, a presbyteris oratione peracta, christifideles, morbo affecti cordeque peniti, gratiam percipiunt qua, a peccatis soluti speque aeterni praemii roborati, ad emendationem vitae disponuntur et ad infirmitatem superandam patienter sufferendam adjuvantur.

Can. 2

§ 1. Unctionem infirmorum valide administrant omnes et soli sacerdotes.

§ 2. Officium et ius Unctionem infirmorum ministrandi habent parochus, vicarii paroeciales, atque omnes alii presbyteri relate ad illos quorum cura ipsis ex officio commissa sit; ex licentia saltem praesumpta praedictorum, alius quilibet presbyter hoc Sacramentum licite administrare potest, in casu vero necessitatis, etiam debet.

Can. 3

Ubi mos viget ut, ad normam librorum liturgicorum, Sacramentum Unctionis infirmorum a pluribus sacerdotibus simul administretur, parochus aliusve presbyter de quo in can. praecedenti § 2 curet, ut servetur, nisi rationabilis causa excuset.

Can. 4

Christifideles aegrotantes qui sensus vel usum rationis amiserint praesumuntur se velle ut hoc Sacramentum ipsis administretur in periculo mortis vel etiam, ad iudicium sacerdotis, alio tempore.

Can. 5

Quamvis Unctio infirmorum per se non sit de necessitate medii ad salutem, fideles tempore idoneo illam recipiant; curent praesertim animarum pastores et infirmorum propinqui ut tempore opportuno hoc Sacramento infirmi subleventur.

Can. 6

Iuxta praescripta librorum liturgicorum oleum, in Sacramento Unctionis infirmorum adhibendum, debet esse ad hoc benedictum a sacerdote qui Sacramentum ministrat, nisi aliter ferat ius particulare.

Can. 7

Unctiones verbis, ordine et modo praescriptis in probatis liturgicis libris, accurate peragantur; in casu tamen necessitatis sufficit unica unctio integra formula servata.

Archim. GIUSEPPE FERRARI - Relator

TESTI INIZIALI per la revisione dei canoni
DE POENITENTIA, UNCTIONE INFIRMORUM

Le sezioni del Codice Orientale enumerate nel titolo sono affidate in revisione al *Coetus de Sacramentis*, e la presente pubblicazione dei « testi iniziali » non è che la continuazione di quanto è stato reso di pubblica ragione nei *Nuntia* 5 pp. 41-71 circa i « testi iniziali » delle sezioni *De Baptismo, Chrismate et Eucharistia*. Tutti i « testi iniziali » contenuti nelle pagine seguenti appartengono a quelle sezioni del Codice Orientale, che nella precedente Commissione sono arrivate all'ultimo stadio di redazione. Esse cioè facevano parte del progettato Motu proprio *De Sacramentis*, che è stato stampato nella tipografia Vaticana nel 1958 e che ci è prezioso soprattutto perché ai singoli canoni sono già apposte le indicazioni delle *fontes*, cosa che non avviene per altri « testi iniziali » che pure rimasero nell'archivio della Commissione, senza essere stati promulgati.

La presente pubblicazione « dei testi iniziali », essendo come già detto una semplice continuazione di quanto già pubblicato, inizia col can. 124 che segue immediatamente il can. 123 che si trova nei *Nuntia* 4 a pagina 69. Il sistema a cui ci si attiene è lo stesso già seguito nei *Nuntia* 4 ed il lettore è pregato di rileggere la pagina 41 che descrive questo sistema.

DE SACRAMENTIS
TITULUS IV: DE SACRAMENTIS POENITENTIAE ET
UNCTIONIS INFIRMORUM

CAPUT I: *De Sacramento poenitentiae*

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, tit. III, cap. VI, *De Sacramento poenitentiae*; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. IV, *De Sacramento poenitentiae*; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. V, *De Sacramento poenitentiae*. Professio fidei (in Syn. Lugdunensi II), a. Michaelae Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274.

Can. 124 verbatim CIC can. 870

FONTES: Syn. Trident., sess. VI, *De iustificatione*, c. 14, can. 29; sess. VII, *De sacramentis in genere*, can. 1; sess. XIV, *De poenitentia*, c. 1-8, can. 1-4, 9, 12, 15; Benedictus XII, a. 1341, prop. 48, 51, 52, Armenorum, damn.; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 13. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

ARTICULUS I: De ministro sacramenti poenitentiae

Can. 125 verbatim CIC can. 871

FONTES: Syn. Trident., sess. VI, *De iustificatione*, c. 14; sess. XIV, *De poenitentia*, c. 1, 2, 5-7, 9, can. 10; sess. XXIII, *De ordine*, c. 1; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 13.

Can. 126 verbatim CIC can. 872

FONTES: Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 13; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. VII. - Syn. Aintzen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 2; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

Can. 127 (cfr. CIC can. 873)

§ 1. Ordinaria iurisdictione ad confessiones excipiendas potiuntur:

1° Pro universa Ecclesia, praeter Romanum Pontificem, S. R. E. Cardinales¹ et Patriarchae² ad normam iuris;

2° Pro archiepiscopatu, Archiepiscopus ad normam iuris³;

3° Pro suo quisque territorio Hierarcha loci, et parochus alique qui loco parochi sunt;

4° Superiores religiosi exempti pro suis subditis, ad normam statutorum.

§ 2. Haec iurisdictio cessat amissione officii, ad normam iuris⁴, et, post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam, excommunicatione, suspensione ab officio, interdicto.

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Cleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iunii 1957, can. 185, § 1, 1°.

² *Ibidem*, can. 283, 1°.

³ *Ibidem*, can. 332.

⁴ *Ibidem*, can. 125.

FONTES: Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, VIII.

§ 1. Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. VII. - Syn. Armen., a. 1911, 463.

Can. 128 (cfr. CIC can. 874)

§ 1. 1° Iurisdictionem delegatam ad recipiendas confessiones quorum libet sive saecularium sive religiosorum confert sacerdotibus cuiusvis ritus, latini quoque, tum saecularibus tum religiosis etiam exemptis, tantum Hierarcha loci in quo confessiones excipiuntur, firmo praescripto can. 129;

2° Sacerdotes religiosi iurisdictione ad recipiendas confessiones ne utantur sine licentia saltem praesumpta sui Superioris, firmo praescripto canonum de confessario religiosorum occasione oblata¹.

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Postquam Apostolicis Litteris*, Motu Proprio datae, 9 febr. 1952, can. 51.

§ 2. Locorum Hierarchae iurisdictionem ad audiendas confessiones habitualiter ne concedant sacerdotibus saecularibus alienae eparchiae vel diversi ritus, nisi ipsis constet de eorum idoneitate ex testimonio scripto proprii eorundem Hierarchae.

§ 3. Idem locorum Hierarchae iurisdictionem ad audiendas confessiones habitualiter ne concedant religiosis qui a proprio Superiore non commendantur; iis vero qui a proprio Superiore commendantur, sine gravi causa eam ne denegent, firmiter tamen praescripto can. 131.

Cfr. PIUS XII, litt. apost. *Postquam Apostolicis Litteris*, Motu Proprio datae, 9 febr. 1952, can. 51.

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 760, 1° et 2°; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. III, 1; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 2; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, VIII.

§ 1. S. Nicephorus CP., can. 88. - Syn. Armen., a. 1911, 463; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap. II, 8; Syn. Bekorken. Maronitarum, a. 1790, s. 9; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. IV, 4.

Can. 129 (cfr. CIC can. 875)

In monasteriis exemptis itemque in aliis Religionibus exemptis quae clericales sint, ad recipiendas confessiones professorum, novitiorum aliorumque in religiosa domo diu noctuque degentium causa famulatus, educationis, hospitii aut infirmiae valetudinis¹, iurisdictionem delegatam confert quoque proprius eorundem Superior, ad normam statutorum; qui eam concedere potest etiam sacerdotibus e clero saeculari aut alius Religionis vel ritus.

¹ Cfr. PIUS XII, litt. apost. *Postquam Apostolicis Litteris*, Motu Proprio datae, 9 febr. 1952, can. 46, § 1, 1°.

Can. 130 (cfr. CIC can. 876)

§ 1. Revocato quolibet contrario privilegio et suppressa qualibet contraria consuetudine, sacerdotes tum saeculares tum religiosi, cuiusvis gradus aut officii, ad confessiones quarumcumque religiosarum ac novitiarum valide recipiendas peculiari iurisdictione indigent, salvo praescripto canonum¹ de religiosarum confessario occasione oblata et de confessario in gravi aegritudine.

§ 2. Hanc iurisdictionem confert loci Hierarcha, ubi religiosarum domus sita est, ad normam iuris².

¹ Cfr. PIUS XII, litt. apost. *Postquam Apostolicis Litteris*, Motu Proprio datae, 9 febr. 1952, can. 54, 55.

² *Ibidem*, can. 57.

FONTES: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, n. 9 - Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. IV, 4.

§ 1. Benedictus XIV, ep. encycl. *Demandatam*, 24 dec. 1743, § 24; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 9.

Can. 131 verbatim CIC can. 877: *excepto casu quo ponitur loco nisi et in fine § 2 omittitur aut canonico poenitentiario*

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 464; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. V, XIII; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 6 et can. 6; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, VIII.

§ 1. S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XII.

Can. 132 verbatim CIC can. 878

FONTES: Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. V, XIV.

§ 1. Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 3.

Can. 133 (CIC can. 879 redaz.)

§ 1. Iurisdictio ad confessiones audiendas, ut valeat, expresse concedenda est.

§ 2. Pro concessione iurisdictionis nihil exigi potest.

FONTES: S. Nicephorus CP., can. 88. - Syn. Armen., a. 1911, 464; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars. II, cap. IV, 7.

Can. 134 (cfr. CIC can. 880)

§ 1. Loci Hierarcha vel Superior religiosus iurisdictionem vel licentiam ad audiendas confessiones ne revocent aut suspendant, nisi gravem ob causam.

§ 2. 1° Non licet Hierarchae, inconsulta Sede Apostolica omnibus alicuius religiosae domus formatae confessariis una simul iurisdictionem adimere, firmo praescripto n. 2;

2° Pro consilio de quo in n. 1 adiri potest Patriarcha in patriarchatibus et Archiepiscopus in archiepiscopatu.

Can. 135 (cfr. CIC can. 881)

§ 1. Omnes utriusque cleri sacerdotes a suo loci Hierarcha ad audiendas confessiones approbati in aliquo loco, sive ordinaria sive delegata iurisdictione instructi, possunt fideles cuiusvis ritus, latino haud excepto, etiam vagos ac peregrinos, ex alia eparchia vel paroecia ad sese accedentes, valide et licite absolvere.

§ 2. Qui ordinariam habent absolvendi potestatem, possunt subditos absolvere ubique terrarum.

§ 3. 1° Ut autem sacerdos cuiusvis ritus, latini quoque, confessiones non subditorum valide audire possit in ecclesiis, oratoriis, institutis aliisque locis, quae non sint sui ritus, indigent approbatione Hierarchae loci in quo confessiones auditurus est;

2° Optandum ut Hierarchae diversorum rituum, in eodem territorio iurisdictionem obtinentes, conveniant inter se de communicanda iurisdictione ad audiendas confessiones.

FONTES: Syn. Leopoliensis. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. IV, 2 et 4.

§ 1. S. C. S. Off., 15 maii 1766; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Aleppen.), 2 iun. 1835; (C. G.), 11 dec. 1838, n. 12 et 13; instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr.

1862, n. 2; decr. 6 oct. 1863, C, b; E, b; decr. 18 aug. 1913, art. 28; decr. 17 aug. 1914, art. 22; decr. 27 mart. 1916, art. 9; S. C. pro Eccl. Orient., decr. 1 mart. 1929, art. 31; decr. 4 maii 1930, art. 36. - Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, VII; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. III, art. IX, 14.

§ 2. Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. V, VI; S. C. de Prop. Fide, 31 mart. 1843.

§ 3, 1°. S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863, E, b. - Syn. Armen. a. 1911, 625.

Can. 136

§ 1. 1° Firmo praescripto can. 160¹, confessarii a proprio loci Hierarcha approbati, fideles etiam diversi ritus, latini quoque, in domibus privatis valide absolunt, sed, si agatur de fidelibus diversi ritus, ad liceitatem indigent licentia saltem praesumpta Hierarchae illius qui confiteri petat, salvo praescripto § 2;

2° Caveat autem loci Hierarcha ne abusus, ex facultate de qua in n. 1, in disciplinam irrepant, praesertim in detrimentum ministerii paroecialis.

§ 2. Licite, nulla requisita licentia Hierarchae loci, confessarii legitime approbati absolunt fideles diversi ritus etiam latini, in aegritudine versantes, qui postulent apud ipsos confiteri.

FONTES: S. C. S. Off., 15 maii 1766; S. C. de Prop. Fide, decr. 18 ian. 1851; S. C. pro Eccl. Orient. (ad Deleg. Apost. Aegypti), 14 apr. 1924.

§ 1. S. C. de Prop. Fide, instr. 13 iun. 1807, art. 13.

Can. 137 (cfr. CIC cann. 893, 895-899)

Peccata ratione sui reservare uni Apostolicae Sedi competit, suppressa quavis contraria lege vel consuetudine.

FONTES: Syn. Armen. a. 1911, 477-479; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. V, *De peccatis reservatis*; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VII, *De peccatis reservatis*; cap. VII, art. III, 6, 15.

Can. 138 (cfr. CIC can. 900)

Reservatio peccati cessat:

1° Cum confessionem peragunt sive aegroti qui domo egredi non valent, sive sponsi matrimonii ineundi causa;

2° Quoties, prudenti confessarii iudicio, absolvendi facultas peti nequeat sine gravi poenitentis incommodo, vel sine periculo violationis sigilli sacramentalis.

FONTES: Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

Can. 139 verbatim CIC 894; loco *de crimine* ponitur *de delicto*

FONTES: Benedictus XIV, const. *Sacramentum Poenitentiae*, 1 iun. 1741, § 3; const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § IX, n. V; const. *Apostolici muneris*, 8 febr. 1745, § 2; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. 6 aug. 1885, n. 2. - Syn. Armen. a. 1911, 476.

¹ Cfr. infra, can. 160.

Can. 140 (cfr. CIC 882)

In periculo mortis omnes sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis aut censuris, quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi praesens sit sacerdos approbatus, salvo praescripto can. 143¹, et praescripto iuris de eo qui, in periculo mortis constituto, absolutionem a censura ab homine vel Sedi Apostolicae specialissimo modo reservata obtinuerit a sacerdote speciali facultate experte.

FONTES: Syn. Trident., sess. XIV, *De poenitentia*, c. 7; S. C. S. Off. (C. G.), 28 aug. 1669, ad 4; (Smyrnen.), 30 iun., 7 iul. 1864, ad 6. - Syn. Neo-Caesarien., a. 314/325, can. 2; Syn. Carthagenen., a. 419, can. 7; S. Dionysius Alexandrin., can. 2. - Syn. Armen., a. 1911, 463; S. Theodorus Studita, ep. II, 215.

Can. 141 § 1 n. 1 verbatim CIC can. 883: loco *proprio Ordinario* ponitur *suo loci Hierarcha*

Quoties vero navis in itinere consistat *vel in portu ad idem iter proseguendum alia navis expectanda sit*, possunt confessiones excipere tum fidelium qui quavis de causa ad navim accedant, tum eorum qui ipsis ad terram appellentibus confiteri petant eosque valide ac licite absolvere etiam a casibus Hierarchae loci reservatis, non tamen ultra triduum si loci Hierarcha facile adiri possit.

§ 2. Praescriptum § 1 servetur etiam de itinere aereo.

FONTES: Pius XII, Motu Proprio *Animarum studio*, 16 dec. 1948.

Can. 142

Quilibet sacerdos ad confessiones approbatus ad normam can. 141, § 1, iter faciens per loca ubi sacerdos deficiat, potest confessiones audire fidelium qui ad ipsum accesserint.

Can. 143 (CIC can. 884 redaz.)

Absolutio complicitis in peccato turpi invalida est, praeterquam in mortis periculo; et etiam in periculo mortis, extra casum necessitatis, est ex parte confessorii illicita ad normam constitutionum apostolicarum quae hac de re editae sunt.

FONTES: Benedictus XIV, const. *Apostolici muneris*, 8 febr. 1745, § 2-4; Pius IX, const. *Apostolicae Sedis*, 12 oct. 1869, § I, n. 10. - Syn. Armen., a. 1911, 475.

Can. 144 verbatim CIC can. 886

FONTES: S. C. S. Off. (Hierosolym.), 13 ian. 1864; S. C. de Prop. Fide (C. G. Constantinop.), 4 febr. 1664, ad 2. - Canones Apostolorum, 52; S. Dionysius Alexandrin., can. 3.

¹ Cfr. can. 143 infra: nel canone 882 CIC viene citato il can. 884 che corrisponde appunto al can. 143 infra. Mentre il can. 2252 del CIC che pure viene citato in questo testo è incluso nelle parole « et praescripto iuris » in poi. Qualora tutto il CICO fosse stato pubblicato, al posto di questo inciso sarebbe stato senza dubbio citato il canone 62 pubblicato nei Nuntia 4 c. 106 che corrisponde al CIC can. 2252.

Can. 145 verbatim CIC can. 887

FONTES: Syn. Trident., sess. VI, *De iustificatione*, c. 14; sess. XIV, *De poenitentia*, c. 3, 5, 8, 9, can. 4, 12-15; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 13; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. I; ep. encycl. *Ex quo*, 1 mart. 1756, § 48; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 15, damn. - Syn. Trullan., a. 691, can. 102; S. Nicephorus CP., cap. 9. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

Can. 146 § 1 verbatim CIC (§ 2 redaz.)

§ 2. Caveat omnino ne complicitis nomen inquirat, ne curiosis aut inutilibus quaestionibus, maxime circa castitatem, quemquam detineat, et praesertim ne iuniores de iis quae ingorant imprudenter interroget.

FONTES: § 1. Syn. Trident., sess. XIV, *De poenitentia*, c. 8. - Syn. Trullan., a. 691, can. 102; S. Nicephorus CP., cap. 9.

§ 2. Benedictus XIV, const. *Apostolici ministerii*, 9 dec. 1749. - Syn. Armen., a. 1911, 469.

Can. 147 verbatim CIC can. 889

FONTES: S. Nicephorus CP., can. 222. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

§ 1. S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XVII.

§ 2. S. C. de Prop. Fide (C. G.), 6 sept. 1630.

Can. 148 verbatim CIC can. 890

FONTES: S. C. S. Off., decr. 18 nov. 1682. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 7.

§ 2. Clemens VIII, decr. *Sanctissimus*, 26 maii 1593, § 4.

Can. 149 verbatim CIC can. 891

Can. 150 verbatim CIC can. 892: loco *vi muneris* legitur *vi officii*

FONTES: S. Nicephorus CP., cap. 9.

§ 1. S. C. Ep. et Reg., decr. 15 mart. 1790, n. V.

ARTICULUS II: *De subiecto sacramenti poenitentiae*

Can. 151 verbatim CIC can. 901: loco *per claves* ponitur *potestate clavium*

FONTES: Syn. Trident., sess. VI, *De iustificatione*, c. 14, can. 29; sess. VII, *De baptismo*, can. 10; sess. XIV, *De poenitentia*, c. 1, 2, 4, 5, can. 4, 6-9; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 13; Benedictus XII, a. 1341, prop. 82, Armenorum, damn.; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XXI; instr. 31 iul. 1902, n. 5. - Syn. Trullan., a. 691, can. 102. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

Can. 152 verbatim CIC can. 902: post *clavium* adiungitur *Ecclesiae*

FONTES: Syn. Trident., sess. XIV, *De poenitentia*, c. 5, can. 7. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5.

Can. 153 verbatim CIC can. 903: *omittitur firmo praescripto can. 889 § 2*
(hic: can. 147 § 2)

FONTES: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 6 sept. 1630.

Can. 154 (CIC can. 904 redaz.)

Ad norman constitutionum apostolicarum hac de re editarum, debet poenitens sacerdotem, reum delicti sollicitationis in confessione, intra mensem denuntiare loci Hierarchae, vel Sacrae Congregationi S. Officii; et confessarius debet, graviter onerata eius conscientia, de hoc onere poenitentem monere.

FONTES: Gregorius XV, const. *Universi*, 30 aug. 1622, § 7; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § IX, n. V; const. *Apostolici muneris*, 8 febr. 1745, § 2; Pius IX, const. *Apostolicae Sedis*, 12 oct. 1869, § IV, n. 4; S. C. S. Off., instr. 20 febr. 1866; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. 6 aug. 1885, n. 2. - Syn. Armen. a. 1911, 476.

Can. 155 verbatim CIC can. 905

FONTES: Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 3; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. V, VI; S. C. de Prop. Fide, 1 iun. 1626, n. 6; instr. (ad Patr. et Epp. Ritus Graeco-Melchit.), 29 maii 1789, n. 2; (C. G.), instr. (ad Archiep. Aleppen.), 2 iun. 1835; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 12, 13; instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862, n. 2; Pro Negotiis Ritus Orientalis, decr. 18 aug. 1913, art. 28; decr. 17 aug. 1914, art. 22; decr. 27 mart. 1916, art. 9; S. C. pro Eccl. Orient., decr. 1 mart. 1929, art. 31; decr. 24 maii 1930, art. 36.

Can. 156 (CIC can. 906 redaz.)

Omnis fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad usum rationis, pervenerit, obligatione tenetur omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confitendi.

FONTES: Syn. Trident., sess. XIV, *De poenitentia*, c. 5, can. 8; Innocentius III, litt. *Quia divinae*, 4 ian. 1215: *Nam cum olim*; Leo X, cost. ap. *Cunctarum*, Kal. aug. 1515. - Timotheus Alexandrin., can. 18. - Syn. Armen., a. 1911, 472; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. IV, pars. I, VI, VI; art. V, VII; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. IV, 8; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 5; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 5; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. IV, 2; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. IV, 5, VII.

Can. 157 verbatim CIC can. 907

ARTICULUS III: *De loco ad confessiones excipiendas*

Can. 158 verbatim CIC can. 908

FONTES: Gregorius XVI, ep. encycl. *Inter gravissimas*, 3 febr. 1832, § 7. - Syn. Armen., a. 1911, 465; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. IV, 10; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 1; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, IV.

Can. 159 (CIC can. 910 § 2)

Vivorum confessiones etiam in aedibus privatis excipere licet, firmo praescripto can. 136¹.

Can. 160 (cfr. CIC can. 909)

§ 1. Reprobata contraria consuetudine, feminarum confessiones audiantur in loco patenti et conspicuo ad hoc legitime approbato, constituta inter confessarium et poenitentem completa separatione.

§ 2. In loco de quo in § 1 collocetur sedes confessionalis, instructa crate fixa ac tenuiter perforata.

§ 3. Quoties traditiones rituales vel sacrae artis praescripta obstant quominus sedes confessionalis in ecclesia collocetur, Hierarcha loci, firmo § 1, designet locum ubi constituenda sit, nisi in ipsis ecclesiis, iudicio eiusdem Hierarchae, alio modo provideri possit completae separationi inter confessarium et poenitentem.

FONTES: S. C. de Prop. Fide, decr. 18 febr. 1851. - Syn. Armen., a. 1911, 465; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. V, IV; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. IV, 10; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 4, n. 1; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. IV, 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, IV.

Can. 161 (CIC can. 910 § 1 redaz.)

Ex causa infirmitatis aliave verae necessitatis, feminarum confessiones audiri possunt extra sedem seu locum de quo in can. 160, adhibitis tamen cautelis quas Hierarcha loci opportunas iudicaverit.

FONTES: Gregorius XVI, litt. ap. (ad Archiep. Primatem Armen.), 3 febr. 1832; S. S. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XIII; decr. 22 sept. 1838: *Denique*; decr. 18 febr. 1851. - Syn. Armen., a. 1911, 466; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. V, V et VI; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VI, 5, V et VI.

ARTICULUS IV: *De indulgentiis*

FONTES: *De Indulgentiis*. - Syn. Armen., a. 1911, tit. III, cap. VII, *De Indulgentiis*; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VII, *De Indulgentiis*.

Can. 162 verbatim CIC can. 911: loco *per* ponitur *ad*

FONTES: Syn. Trident., sess. XXV (continuatio sessionis), *De indulgentiis*; Pius IV, const. *Iniunctum nobis*, 13 nov. 1564, Professio fidei Trident.; Gregorius XIII, const. *Sanctissimus*, a. 1575, Professio fidei Graecis praescr.; Benedictus XIV, ep. *Nuper ad Nos*, 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr.

Can. 163

§ 1. 1° Indulgentias omnes a Romano Pontifice, universali decreto, con-

¹ Si tratta del canone 136 del presente schema.

cessas lucrari possunt fideles rituum orientalium, servatis condicionibus omnibus earum acquisitioni appositis;

2° Animarum pastores curent ut eadem ad fidelium notitiam deducantur; eorumque pietati eas commendent.

§ 2. Hierarchae locorum curent ut indulgentiis ditentur orationes quae in proprio ritu saepius recitantur.

FONTES: S. C. pro Eccl. Orient., decr. 3 apr. 1934.

§ 1, 1°. Paulus V, litt. ap. *Alias fel. rec.*, 23 dec. 1616; S. C. de Prop. Fide, 24 iul. 1624; S. Poenit. (Sect. de Indulg.), 7 iul. 1917.

§ 2. S. C. pro Eccl. Orient., notificat. 22 apr. 1944; Poenit. Ap., decr. 31 ian. 1931.

Can. 164: § 1 CIC can. 930 redaz.

Indulgentiae omnes a Romano Pontifice concessae applicari possunt, nisi aliud constet, animabus poenis purgatoriis admissa expiantibus.

§ 2. Verbatim CIC can. 912.

Can. 165 verbatim CIC can. 192: loco *eis* legitur *iis*; loco *defunctis applicabiles* ponitur *quae defunctis applicari possunt*

Can. 166 (cfr. CIC can. 914)

Benedictionem papalem cum indulgentia plenaria, secundum proprii ritus a Sede Apostolica recognitam formulam, impertire possunt Patriarchae quoties sollemniter divinam Liturgiam celebrant vel eidem assistunt; Episcopi in sua quisque eparchia ter in anno, hoc est die sollemni Paschatis Resurrectionis et aliis diebus festis sollemnioribus ab ipsis designandis, si sollemniter divinam Liturgiam celebrent vel eidem assistant; Exarchi, etsi episcopali caractere careant, id possunt in suis territoriis bis tantum, sollemnioribus per annum diebus.

FONTES: Clemens XIV, litt. ap. *Plurima*, 6 apr. 1770; S. C. de Prop. Fide, (C. G.), 13 iul. 1772; (C. G.), 8 iul. 1774, n. 1; S. Poenit. Ap., decr. 20 iul. 1942, n. I. - Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VII, 3.

Can. 167 (cfr. CIC can. 915)

Religiosi qui privilegium habent impertiendi benedictionem papalem, non solum obligatione tenentur servandi formulam a Sede Apostolica pro eorum ritu praescriptam, sed hoc privilegio uti nequeunt, nisi in suis ecclesiis et in ecclesiis monialium vel tertiariorum suae Religionis legitime aggregatorum; non autem eodem die et loco quo loci Hierarcha eam impertiat.

Can. 168 (cfr. CIC cann. 916, 917, 918)

§ 1. 1° Episcopi et Exarchi possunt designare et declarare unum altare privilegiatum quotidianum perpetuum, dummodo aliud ne habeatur, in suis ecclesiis cathedralibus, exarchialibus, paroecialibus, quasiparoecialibus, non autem in oratoriis publicis vel semipublicis, nisi sint ecclesiae paroeciali unita seu eiusdem subsidiaria;

2° Hac facultate gaudent Superiores maiores monachorum vel Religionis clericalis exemptae quod attinet ad ecclesias suis domibus religiosis adnexas.

§ 2. Diebus commemorationis omnium fidelium defunctorum, omnes Liturgiae gaudent privilegio perinde ac si essent ad altare privilegiatum celebratae.

§ 3. Pro Liturgiis celebrandis in altari privilegiato nequit, sub obtentu privilegii, maior exigi Liturgiae eleemosyna.

FONTES: Urbanus VIII, litt. ap. *Omnium saluti*, 4 aug. 1638.

§ 1, 1°. Benedictus XIV, litt. ap. *Nuper ad Nos*, 16 mart. 1743; S. C. de Prop. Fide, 6 sept. 1624, n. 3; 12 iul. 1627, n. 2.

§ 1, 2°. Benedictus XIV, litt. ap. *Omnium*, 3 aug. 1754.

Can. 169 (cfr. CIC can. 919)

Novae indulgentiae, iis haud exceptis quae ecclesiis religiosorum exemptorum concessae fuerint, si ad normam can. 273 promulgatae non sint, ne pervulgentur inconsulto Hierarcha loci¹.

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 489; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap. II, 8.

Can. 170 (cfr. CIC can. 924)

§ 1. Ad normam qua regitur extinctio privilegii realis, indulgentiae adnexae alicui ecclesiae non cessant, si ecclesia funditus evertatur rursusque intra quinquaginta annos aedificetur in eodem vel fere eodem loco et sub eodem titulo.

§ 2. Indulgentiae alicui rei adnexae cessant, cum res prorsus desinat esse vel vendatur.

Can. 171: § 1 n. 1 verbatim CIC can. 925 § 1

n. 2 (cfr. CIC can. 927) Nisi aliud ex concessionis tenore appareat, subditis concedentis aequiparantur omnes qui sunt in eiusdem territorio, etsi sint exempti vel diversi ritus, latino non excluso.

§ 2. Verbatim CIC can. 925 § 2.

Can. 172

Nisi aliud ex concessionis tenore appareat, indulgentias a Patriarcha, Archiepiscopo, Metropolita, Episcopo aliove loci Hierarcha concessas lucrari possunt subditi concedentis extra huius territorium commorantes.

Can. 173 verbatim CIC can. 935

Can. 174 verbatim CIC can. 936

¹ Il can. 273 corrisponde al can. 2 *de legibus ecclesiasticis* pubblicato nei *Nuntia* 2, p. 17 (nel CIC è il can. 9).

CAPUT II: De Sacramento unctionis infirmorum

FONTES: *De sacramento unctionis infirmorum*. - Syn. Armen., a. 1911, tit. III, cap. VIII, *De extrema unctione*; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, *De sacramento extremae unctionis*.

Can. 175 (CIC can. 937 redaz.)

Unctionis infirmorum sacramentum conferri debet per sacras unctiones, adhibito oleo olivarum rite benedicto, et per verba in liturgicis libris ab Ecclesia probatis praescripta.

FONTES: Syn. Trident., sess. VII, *De sacramentis in genere*, can. 1; sess. XIV, *De extrema unctione*, c. 1, can. 1-3; Professio fidei (in Syn. Lugdunensi II), a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. IV; ep. encycl. *Ex quo*, 1 mart. 1756, § 44. - Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VI; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6; Syn. Leopoli. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. V, 2.

ARTICULUS I: De ministro sacramenti unctionis infirmorum

Can. 176 (CIC can. 938 redaz.)

§ 1. Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus sacerdos.

§ 2. Nisi aliter iure statuatur¹, minister ex officio est parochus loci, in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel si accedat licentia saltem rationabiliter praesumpta eiusdem parochi vel Hierarchae loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest.

¹ Cfr. PIUS XII, litt. apost. *Postquam Apostolicis Litteris*, Motu Proprio datae, 9 febr. 1952, can. 46.

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 499.

§ 1. Syn. Trident., sess. XIV, *De extrema unctione*, c. 1, 3, can. 4; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. III; ep. encycl. *Ex quo*, 7 mart. 1756, § 45, 46. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6.

§ 2. S. C. de Prop. Fide, litt. 11 oct. 1780; decr. 6 oct. 1863, C, d. - Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, 7; pars III, cap. III, 2, X.

Can. 177

Ubi mos viget ut, ad normam librorum liturgicorum, sacramentum unctionis infirmorum a pluribus sacerdotibus simul administretur, parochus aliisque sacerdos de quo in can. 176, § 2, curet ut servetur, nisi rationabilis causa excuset.

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 500; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VI, I; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, 8; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 5, n. 2; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VI; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VIII, 3.

Can. 178 (cfr. CIC can. 939)

§ 1. Parochus ex iustitia tenetur ut hoc sacramentum per se ipse vel per alium administret, et in casu necessitatis ex caritate quilibet sacerdos.

§ 2. Praescriptum can. 9, §§ 2, 3, applicetur administrationi unctionis infirmorum¹.

FONTES: § 1. Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. II.

ARTICULUS II: De subiecto Sacramenti unctionis infirmorum

Can. 179 (CIC can. 940 redaz.)

§ 1. Sacramentum unctionis infirmorum conferri non potest nisi fideli, qui post adeptum usum rationis ob infirmitatem vel senium in periculo mortis versetur.

§ 2. In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non potest, nisi infirmus post susceptam unctionem convaluerit et in vitae discrimen iterum inciderit.

FONTES: Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6.

§ 1. Syn. Trident., sess. XIV, *De extrema unctione*, c. 1, 3; Professio fidei (in Syn. Lugdunensi II), a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § V, n. II; ep. encycl. *Ex quo*, 1 mart. 1756, §§ 44, 46, 47.

Can. 180 verbatim CIC can. 941

Can. 181 verbatim CIC can. 942

Can. 182 verbatim CIC can. 943

Can. 183 verbatim CIC can. 944

FONTES: Syn. Trident., sess. XIV, *De extrema unctione*, c. 3, can. 3; Innocentius IV, ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, § 3, n. 6; Benedictus XIV, ep. encycl. *Ex quo*, 1 mart. 1756, § 44, 46; S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 7. - Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6.

ARTICULUS III: De ritibus et caeremoniis Sacramenti unctionis infirmorum

Can. 184 (cfr. CIC can. 945)

Oleum olivarum, in sacramento unctionis infirmorum adhibendum, debet esse ad hoc benedictum, nisi aliter ferat ius particulare, a sacerdote qui sacramentum ministrat.

FONTES: Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 14; Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 3; Benedictus XIV, const.

¹ Il canone 9 §§ 2, 3 si riferisce al can. 9 pubblicato nei *Nuntia* 4 p. 45.

Etsi pastoralis, 26 maii 1742, § IV, n. I; ep. encycl. *Ex quo*, 1 mart. 1756, § 44, 46. - Syn. Duinen. Armenorum, a. 719, can. 11; Syn. Armen. a. 1911, 496; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, 2; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 5, n. 4; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VI; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6; Syn. Leopoliën. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. V, 4; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VIII, 5, 1.

Can. 185 (cfr. CIC can. 946)

Sicubi ex consuetudine vel Hierarchae loci iussu, oleum infirmorum permanentiter conservandum benedicatur, parochus illud loco nitido et decenter ornato in vase argenteo vel stanneo diligenter custodiat, nec domi retineat nisi ad normam can. 5, § 2¹.

FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 496; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, 4; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. VIII, 5, 1.

Can. 186 (cfr. CIC can. 947)

§ 1. Uctiones verbis, ordine et modo in libris liturgicis praescripto, accurate peragantur; in casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum praescripta forma, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo, nisi aliter ferant liturgicae leges.

§ 2. Unctio renum semper omittatur.

§ 3. Unctio pedum ex qualibet rationabili causa omitti potest.

§ 4. Quando plures hoc sacramentum simul administrant, sollemnis precatio, in qua forma continetur, una cum praescriptis unctionibus a singulis, sua vice, proferatur.


§ 5. Extra casum gravis necessitatis, unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant.


FONTES: Syn. Armen., a. 1911, 497; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. VIII, 6; Syn. Leopoliën. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. V, 3; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 6.

§ 1. Syn. Trident., sess. XIV, *De extrema unctione*, c. 1; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 14.

curavit IVAN ŽUŽEK S.J.

¹ Si tratta del can. 5 § 2 pubblicato nei *Nuntia* 4, p. 43 che corrisponde al can. 735 del CIC.





NUNTIA

Commentarium cura et studio

PONTIFICIAE COMMISSIONIS CODICI IURIS CANONICI ORIENTALIS RECOGNOSCENDO
editum

prodibit bis in anno et quoties utilitas id postulare videbitur

★

Directio: penes Pontificiam Commissionem Codici Iuris Canonici Orientalis Recognoscendo

Direction et rédaction: Commission Pontificale pour la révision du code de Droit canon oriental
(Via della Conciliazione 34, 00193 Roma)

Administration: Libreria Editrice Vaticana, Città del Vaticano
(c. c. p. N. 1-16722)

	Abbonamento annuo Abonnement annuel Annual subscription	Annate arretrate Années précédentes Past years	Un fascicolo Un fascicule Single numbers
Italia	L. 4.500	L. 9.000	L. 2.500
Extra Italia	L. 5.500 (\$ 9)	L. 9.000 (\$ 15)	L. 2.500 (\$ 4.20)

